



XLI.

Jahresbericht über das **Königliche Katholische Gymnasium in Konitz**

vom Schuljahr 1861—1862,


mit welchem

zu der öffentlichen Prüfung am 14. August und zu den Schlussfeierlichkeiten
am 15. August 1862

ergebenst einladet

der Direktor des Gymnasiums

Dr. Anton Goebel.



Inhalt: 1) Diverbi Aeschylei secundum rationem antitheticam emendati specimen.
Scripsit Antonius Łowiński.
2) Schulnachrichten vom Direktor.

KONITZ 1862.

Buchdruckerei von Hemmel, vormals Harich.
(G. Kuhlmeij.)



Przezroczyste

Przykłady do nauki i rysunków


Kongeligie Republike Geometria in Kortig

Przykłady do nauki i rysunków

z 1860 r.

Autorka: Maria Anna Szymanowska
Data: 1860 r.

Jednakże jestem zbyt



AB 1241

DIVERBII AESCHYLEI

SECUNDUM

RATIONEM ANTITHETICAM EMENDATI

SPECIMEN.

Scripsit

Antonius Lowiński.

DIVERBII ASCHYLI

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΟΙΤΕΙΤΙΑ ΜΑΝΟΙΤΙΑ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

Diverbium Aeschyli ad similitudinem canticorum secundum rationem antitheticam compositum esse ingeniosa Henrici Weilii sententia est. quam nuper criticus ille annal. philol. a Fleckeisenso edit. vol. LXXIX p. 721 proposuit*) postquam vir clarissimus Fridericus Ritschelius paulo ante eorundem annal. philol. vol. LXXVII p. 761 luculento sane exemplo demonstraverat quanta esset Aeschyli in componendo limandoque di-verbio ars. nobilissimi enim diverbii quod est in Septem adversus Thebas inter nuntium ac regem (v. 356—658) egregie probavit ille criticorum princeps eam esse compositionem ut quae de singulis septem ducibus Argivis coram rege pleno ore narret nuntius, cum eis plane congruat eorum numerus versuum quos nuntio quidem respondens et tamquam pondus ponderi addens de singulis ducibus Thebanis ipse proferat Eteocles. ab hoc igitur insigni exemplo profectus ut videtur Weilius reconditorem suam compositionis antitheticae legem invenit eamque per omnes Aeschyli sermones obtinere opinatus est. nam sermones (inquit ille in praef. ad Choeph. p. V) si ita distinxeris ut rerum et sententiarum divisione personarum vieibus loquendi pausis a poëta ipso distincti sunt, periodos invenies ad canticorum strophas et responsione et implicatione prope accedentes. referuntur enim versuum numeri pares paribus, unde existunt periodorum paria modo iuxta posita modo alterno modo inverso ordine se excipientia — sed periodi longiores quum non facile auribus percipiantur sicut strophae lyricae et oratoriae periodi, membris sive articulis distinguuntur numero versuum non ita magno comprehensis et periodorum antitheticarum ea est lex ut eadem membra habeant aut eodem aut inverso ordine disposita. qua quidem lege utrum recte omnem sermonem Aeschyleum teneri voluerit Weilius an artioribus quibusdam finibus compositio antithetica circumscribenda sit, valde difficile esse ad diiudicandum Henrico Keckio nostro nuper visum est eorundem annal. philol. vol. LXXXI

^{*)} Copiosus *ἔρωτος* suum enarravit Weilius libello Parisiis nuper edito: *de la composition symétrique du dialogue dans les tragédies d'Eschyle*, in fabulis vero Aeschyleis nuper a se editis systematum periodorumque divisiones quas fecit, litteris maiusculis rectis et leviter inclinatis notavit atque ipsas sermonum ad rationem antitheticam revocatorum formulas in conspectu numerorum adiecit.

p. 843: illud autem nescio an prudenter idem monuerit cavendum esse ne vivam vigen temque Aeschyli poësin nimis exiliter ad calculos vocando misere dilaceremus artisque Aeschyleae magnificentiam in meri artificii ieunitatem vertamus. nihilominus tamen eundem Weilium lege compositionis antitheticae inventa bene meruisse de recte aestimando sermone Aeschyleo ne Keckius quidem negavit. in primis autem inventum illud ad cognoscendam singularem peculiaremque Aeschyli artem et elegantiam qua in componendis sermonibus alternis sive diverbiis usus est nimium quantum valet. in his enim compositio antithetica extra omnem dubitationem posita est. quam si pridem novissent critici, aliquanto sane emendatiorem nunc haberemus Aeschylum. namque perspecta compositione versuum antithetica etiam arti criticae novum subsidium parari nemo est quin intellegat. nec fugit Weilium qui recte haec monet p. XIII l. c.: ,multi sunt apud Aeschylum versus quos viri docti in interpolationis suspicionem vocarunt, alios excidisse alios traiectos esse statuerunt neque tamen quae sibi ipsi persuaserunt, etiam aliis probarunt sed paucis exceptis quae satis certa videbantur, plerumque in diversa editores abierunt. nunc demum parato novo instrumento diiudicari potest quae in hoc genere bonaे quae inconsultae conjecturae prolatae sint, tum vero nova indagare licet quae criticorum sagacitatem fugerunt. quae quam vere dicta sint quantumque emendatio Aeschyli in alternis praesertim sermonibus ex recta compositionis antitheticae aestimatione pendeat, vix alio ad persuadendum aptiore exemplo demonstrari posse arbitror quam ipso illo quod initio commemoravi Septem adversus Thebas fabulae diverbio: cuius quidem diverbii eam particulam nunc mihi sumpsi tractandam de qua emendanda etiam post Godofredi Hermanni recentissimorumque criticorum curas non male mereri mihi posse videbar, versus dico 449 — 606 qui narrationem nuntii de Amphiaraо vate et responsum Eteoclis complectuntur.

Ac primum quidem textum horum versuum exhibeo secundum editionem Hermannianam responsumque Eteoclis ex adverso ponam narrationi nuntii ut externa saltem compositionis antitheticae species oculis cerni ob omnibus possit.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

έπτον λέγου· ἀν ἄνδρα σωφρονέστατον
550 ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν
Οὐοιωντιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν,
τὸν ἀνδροφόνηην, τὸν πόλεως ταράκτορα,
[μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον,]
555 Ἐρινύος κλητῆρα, πρόσπολον φόνον,
κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτὴριον·
καὶ τὸν σὸν αὐθίς ἐς πατρὸς μοῖραν κάσιν,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

γεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὅρνιθος βροτοῖς
δίκαιον ἄνδρα τοῦτο δυσσεβεστάτοις.
ἐν πατὴν πράγει δ' ἔσθ' ὅμιλιας κακῆς
κάκιον οὐδέν, καρπὸς οὐ κομιστέος.
[ἄτης ἄρονρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.]
ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβῆς ἀνὴρ
τινάταισι θεῷμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ⁵⁸⁰
ὅλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει,
ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσιν, δίκαιος ὡν,

580

585

ἔξουπιάζων δῆμα, Πολυνείκονς βίαν,
 δινσεκτέλεντον τοῦνομ' ἐνδατούμενος,
 καλεῖ. λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα·
 ἢ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλές,
 καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις,
 πόλιν πατρῷαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
 πορθεῖν, στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα.
 560 μητρός τε πηγὴν τις κατασβέσει δίκη;
 πατρὶς τε γαῖα, σῆς ὑπὸ σπουδῆς δοἱ
 ἄλλονσα, πῶς σοι ἔντυμαχος γενῆσεται;
 ἔγωγε μὲν δὴ τῆτδε πιαρώ χθόνα,
 μάντις κεκενθῶς πολεμίας ὑπὸ χθονός.
 570 παχύμενος· οὐκ ἀτιμον ἐλπίζω μόρον.
 τοιαῦτος δὲ μάντις ἀσπίδος εὔκυκλον νέμων
 πάγχαλκον ηὔδα· σῆμα δὲ οὐκ ἐπήν κύκλῳ.
 οὐ γάρ δοκεῖν ἀριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
 βαθεῖαν ἄλλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
 575 ἐξ ἦς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βονλεύματα.
 τούτῳ φορούς τε καγάθονς ἀντηρέτας
 πέμπειν ἐπαίνῳ· δεινὸς δὲς θεοὺς σέβει.
 590 οὐδεὶς δέ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια.
 δύμως δὲ ἐπ' αὐτῷ φωτα, Λασθένος βίαν,
 ἐκθρόξενον πυλωρὸν ἀντιτάξομεν,
 γέροντα τὸν τοῦν, σάρκα δὲ ηβῶσαν φύει,
 ποδῶντες δῆμα, κεῖα δὲ οὐ βραδύνεται
 παρ' ἀσπίδος γνημωθὲν ἀρπάσαι δόρν.
 600 Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.

Vides utrumque sermonem unum cum altero plane congruere et eundem utrimque esse XXIX versuum numerum. at vero tralaticiam hanc sermonum consensionem quam ne Hermannianus quidem textus uncis inclusa in utroque sermonē uno versiculo sustulit, omnino sibi delendam esse putavit Ritschelius. qui quidem severam quandam artis suae disciplinam sécutus eam ipsam sermonum aquabiliatatem quam toto hoc diverbio quaerebat, hoc certe sermonum pari quantumvis librorum memoria contestatam tamen própter alias quasdam dubitationes respuit inque novum prorsus ordinem utrumque sermonem rededit partim expunctis aliquot versibus partim suopte ingenio affictis partim traiectis. sed fortasse nimia hoc in genere fuit illius severitas dubitationesque magis speciosae quam verae? quod utinam demonstrare possem probabiliter: sic enim gravissimo codicum ipsorum testimonio et ars Aeschylea et ipsum Ritschelii inventum in luce poneretur clarissima. et primum quidem vix casui tribui posse videtur quod tralaticius versuum numerus utrilibique idem est. hic accedit id quod etiam maiorem persuadendi vim habet singularium periodorum consensus. sermonis enim nuntii quum haec formula sit: 2. 10. 10. 7, eandem appareat esse etiam Eteoclis responsi: ita tamen ut aliquid sane dubitationis iniciat qui est in responso Eteoclis v. 600 φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια. qui quidem si cum eis qui praecedunt versibus ut vulgo sit iungitur, huius

certe periodi aequabilitas utpote X versuum numerum excedentis pessum datur. at enim
 eundem versum ipse Ritschelius docuit neque ad Apollinem de quo proximo versu (599)
 sermo est nec magis ad Amphiaraum de quo paulo ante sermo erat, illo modo referri
 posse. quid igitur fiet versiculo illo? traiciendum quidem et post v. 605 inserendum
 putavit Ritschelius idque probavit Keckius, sed vereor ne non recte: vividam enim
 Lasthenis viri manu fortissimi imaginem quam proponit Eteocles nemo non sentit valde
 infringi tali scilicet additamento: *φιλεῖ δὲ σιγᾶν η λέγειν τὰ καίρια.* quae ne cum eo
 quidem qui sequitur versu *Θεοῦ δὲ δῶρόν ἔστιν εὐτυχεῖν βροτούς* quo responsum Eteoclis
 finitur, commode si quid video cohaerent, quum *εὐτυχεῖν* rectissime dictum de animi
 corporisque dotibus quibus excellebat Lasthenes, vix quadrare videatur in *σιγᾶν* et *λέγειν*
τὰ καίρια notionem. itaque versum loco non movendum et sic potius scribendum
 existimo: *φιλῶ δὲ σιγᾶν κτλ.* quae de semet ipso dicit Eteocles quibuscum comparare
 possis quae sunt initio fabulae *καὶ η λέγειν τὰ καίρια κτλ.* nunc demum singuli versus
 bene concinunt: nam et *δοξῷ μέν* dictioni v. 596 apte respondet *φιλῶ δέ* nec ob-
 scura *δημως* particulac v. 601 significatio. hoc enim dicit Eteocles: quamquam verum
 profecto sit quod ipse Apollinis oraculi auctoritate fretus modo asseveraverit Amphia-
 raum vitam pugna amissurum neque omnino portas urbis aggressurum, tamen sese
 ei opponere velle Lasthenem suum tamquam *πυλωρόν*. vides ad tuendam compositionem
 antitheticam ne traiectione quidem illius versiculi opus esse, quam tamen suasit Ritsche-
 lius elsi ille de singularum periodorum responsione quam nos quaerimus tum quidem
 minime cogitabat. Keckius autem qui p. 830 tricenorum versuum numerum valde
 commendabat, adeo sibi non constitit ut p. 838 rationum a se allatarum prorsus ob-
 litus eam quam supra attuli 2. 10. 10. 7 formulam probaret captus quidem ni fallor
 ipsius formulae elegantia ac probabilitate. quam quidem probabilitatem etiam articu-
 lorum consensione augere possis: binae enim periodi longiores secundum hanc for-
 mulam 6,4 . 4,6 = 6,4 . 6,4 compositae videntur, dummodo tam artificiosae et contortae
 sermonum implicationi data opera poëtam induluisse concesseris. ecquis igitur in hac
 summa singularum etiam partium aequabilitate atque consensione de turbato versuum
 ordine cogitabit? et tamen cogitasse aliumque ordinem commendasse constat Ritsche-
 lium summum criticum. videamus igitur quas omnino ille de singulis versibus dubita-
 tiones moverit quibusque rationibus ductus tot interpolationes lacunas tra-
 iectiones versuum hoc sermonum pari statuerit? itaque omnes versus sive emenda-
 tione indigent sive aliam ob causam insigne sunt, iam tractare in animo est. sed hic
 in primis ratio habenda compositionis antitheticae non ad externam modo quam ante
 significavimus sermonum speciem pertinentis sed quae in rerum ipsarum ac verborum
 similitudine posita sit. etenim sermonum alterorum eam esse compositionem ut dicto-
 rum argumentorumque vi atque ipsa adeo elocutione ad carminis amoebaei similitudi-
 nem prope accedant, quum omnino probabile sit tum exemplis non paucis demonstravit

Weilius. saepenumero responsio tam accurata est ut similiter alque in strophis et antistrophis lyricis vox voci sonus sono opponatur. eiusmodi est quod in fine utriusque sermonis extat v. 577 δεινὸς ὁς θεοὺς σέβει et v. 606 θεοῦ δὲ δῶρον κτλ. nec dubia ratio antithetica quae inter superlativorum formas intercedit initio quidem sermonum illorum v. 549 σωφρονέστατον et v. 579 δυσσεβεστάτοις, ut vel hanc ob causam prorsus reicienda sit Medicei scriptura δυσσεβεστέροις a quibusdam criticis defensa. eodem spectant haec: v. 574 καρπούρεος et v. 581 καρπός — ἐκκαρπίζεται. vox καρπός redit etiam v. 599. hic adde v. 577 πέρπειν et v. 594 πομπήν, v. 572 τάγχαλκον et v. 589 παγκοίνοι, v. 576 ἀγαθόνς et v. 591 ἀγαθός, v. 574 διὰ φρενός et v. 593 βίᾳ φρενῶν, fortasse etiam v. 576 ἀνηρέτας et v. 584 γάντιοι, v. 552 Τυδέως βίαν et v. 601 Αασθένοντος βίαν, v. 550 μάντιν et v. 590 μάντις, v. 571 ἀσπίδα et v. 605 παρ' ἀσπίδος et horum similia quae inter legendum unicuique sponte se offerunt. sed longe plurima antithetica quae item hic pertinent librariorum incuria ut videtur oblitterata critica sermonum ipsorum tractatio suppeditabit.

Primum in disceptationem veniat v. 550 ἀλκήν τὸν ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν, qui mihi quidem vel propter repetitionem minime Aeschyleam Ἀμφιάρεω βίαν — Τυδέως βίαν v. 552 — Πολυνείκοντος βίαν v. 558 admodum suspectus videtur. accedit quod in Mediceo post ἀμφιάρεω unius litterae evanidae rasura est et Lips. ἀμφιάρεω omisso βίαν exhibit. praeterea memoratu sane digna haec scholion Mediceum habet: Ἀμφιάρεως Οἰκλέοντος τοῦ Μελάμποδος τοῦ Ἀυνθάνοντος τοῦ Κρητέωντος τοῦ Αἴόλου τοῦ Ἑλληνος τοῦ Αἰός, μητρὸς δὲ Υπερονήστρας, quae quo tandem spectent et cur in enarrando genere Amphiarai qui alibi simpliciter Oeclides a poeta dicitur veluti v. 590 et 363, tam copiose hoc loco versatus sit scholiasta Mediceus adeoque prorsus contra reliquorum scriptorum testimonium ipsum Iovem (non Apollinem) ut auctorem illius generis commemoraverit, frustra quaeras nisi reapse scripturam μάντιν Ἀμφιάρεων Αἰός invenisse statuas scholiastam illum in codice suo: nec sane aliter scripsisse crediderim ipsum Aeschylum quem tamen male interpretatus est scholiasta Αἰός ad nomen Ἀμφιάρεων referens, non ad vocem μάντιν ad quam referre debebat. de cuius emendationis probabilitate si quis forte addubit, is quaequo consideret et similem locum Eumenid. v. 19 Αἰός προφήτης κτλ. et versum huic antitheticum 595 quo item de Amphiarao loquens Eleocles vocem Αἰός a nuntio usurpatam cum ironia repetere videtur: Αἰός θέλοντος συγκαθελκυσθήσεται.

V. 554. μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον. hunc versum inclusit Hermannus tamquam factum ex v. 556 idque probavit Ritschelius, contra versum interpolatum esse negavit Keckius: sed sic ut scriptus est in libris, vix ullis eum machinis tueare. nam quot verba tot fere habet incommoda: primum κακῶν vox tum propter insuavem repetitionem (recurrit enim paulo post v. 556) tum ipsa per se depravationis

suspicionem movet, quum κακῶν βούλευτήριος ut est v. 556 recte dicatur Tydeus, διδάσκαλος κακῶν non item: quid enim est mala i. e. res adversas docere? praeterea etiam articulum τῶν merito hic displicuisse arbitror Hermanno. nec liberum a suspicione est Ἀργεῖ ut male iteratum ex v. 556, ubi legitur Ἀδράστῳ. omninoque ambo hi versus tam inter se similes sunt ut qui de interpolatione cogitet, in temeritatis reprehensionem incurrere vix possit: tamen nequaquam hic opus esse puto obelo, pro Ἀργεῖ τῶν κακῶν scripserim potius: ἄρεως κακοῦ ut mali belli magister sive auctor dicatur Tydeus. sed ne sic quidem emendatio absoluta videtur. nam eliam μέγιστον valde frigere nec ullo modo convenire διδάσκαλον notioni rectissime sensit Ritschelius. quamquam non persuasit Keckio ad locutionem μέγας προφήτης v. 592 praepostere provocanti. ergo quia vates recte ab Aeschylo dicitur magnus, idecirco sic vel adeo summus appellabitur eliam magister? minime hercle. aliud epitheton ab illo prorsus diversum et quod in vocem διδάσκαλον melius conveniat, hic restituendum est: quod post diutinam meditationem et versus antithetici ope tandem reperi non posse aliud quam μαστίχος' esse ut totus versus tam male a librariis habitus sic in nitorem Aeschyleum restitui posse videatur: μαστίχος' ἄρεως κακοῦ διδάσκαλον. en habes nunc pro summo magistro flagellantem quem tamen collegam propter additamentum ἄρεως κακοῦ non agnosco. confirmatur haec conjectura et dicto antithetico v. 589 πληγεὶς Θεοῦ μάστιγι παγκόνῳ δάμη et usu vocis Aeschyleo quem ostendit Eumenid. v. 162 πάρεστι μαστίχος δάμην βαρὺ τὸ περιβαρὸν κρύος ἔχειν quibuscum comparari potest locus huic vicinus eiusdem fabulae v. 158 ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὄνειράτων μολὸν ἔτιψεν δίκαιαν διφρολάτεον μεσολαβεῖ κέντρῳ κτλ. huc adde etiam Agam. v. 620 ἀνδρας διπλῆ μάστιγι, τὴν Ἀργης φιλεῖ. ceterum vix potuit Amphiaraus iniurias a Tydeo sibi illatas v. 364 σαίνειν μόρον τε καὶ μάχην ἀψυχίᾳ gravius ulisci quam eiusmodi convicio.

V. 555. Ἔρινός κλητῆρα, πρόσπολον φόνον. nuper quidem Ahrensius philologi suppl. I, p. 634 de v. 1194 Agam. Θύονσαν Ἀιδον μητέρ' κτλ. acutissime ut solet disputans et Hesychio duce (λεύτορες ἴερειαι) pro μητέρ' palmarī emendatione λήτος' substituens eandem medicinam etiam scholiastae Medicei glossa ἴερέα comprobari perspexit. atqui ad Polynicem referendum esse hunc versum et post v. 558 collocandum putavit Ritschelius quem secutus est Keckius qui etiam v. 556 eodem traiecit. praeivit hoc Hermannus qui ne versum quidem 553 ab eadem traictionis suspicione liberum esse voluit. at vero poëtam tragicum adeo peccasse contra tragicam Polynicis indolem ut eum tamquam hominem sceleratissimum ἀνδροφόνην et πρόσπολον φόνον dici ab Amphiaraō passus esset, non est credendum. nec profecto talem paulo post v. 561 — 7 Polynicem describit Amphiaraus aut longa quae inde a v. 612 sequitur narratione

nuntius. contra fortissima illa epitheta omnia ad Tydeum referenda esse (ut alia argumenta in re tam aperta nunc mittam) etiam vocula πολλά v. 552 indicio est: κακοῖσι
βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν.

V. 557 καὶ τὸν σὸν αὐθίς ἐς πατρὸς μοῖραν κάσιν κτλ. perventum est ad locum difficillimum. pro αὐθίς πρόσμορον ἀδελφεόν quod libri habent amplexus est Ritschelius Hermanni conjecturam pridem factam αὐθίς εἰς δύμόσπορον κάσιν cuius ne mentionem quidem nunc fieri videmus in eius editione. eadem fere via insistens Keckius πρὸς μοραγέτην κάσιν coniecit. sed κάσιν qui tenent librorum prava scriptura ἀδελφεόν decepti, non vident abundanter ne dicam subabsurde post κάσιν ipsum nomen Πολυνείκονς βίαν sequi, velut si praeter Polynicem de alio quopiam Eteoclis fratre cogitari possit. ne multa pro voce κάσιν ea requiritur notio quam praeclarum scholion Mediceum praebet τὸν ἀξιοθάνατον ἢ τὸν συμπράκτορα αὐτοῦ. συμπράκτορα autem interpretationem esse puto alius yōcis Aeschyleae quam praeter Agam. v. 1475 Hesychii glossa nisi fallor ad hunc versum spectans suppeditat: συλλήπτορα συνάγωντας. σύμμαχον. in quam notionem optime quadrat etiam adiectivum πρόσμορον quod et omnes libri testantur et scholiasta Med. agnoscit τὸν ἀξιοθάνατον interpretans. nec potuit sane ad Eteoclem loquens nuntius regium fratrem aptius significare quam summa observantia confatalem socium eum appellans. nunc videndum de altero versu ἔξυπτιάζων δύμα, Πολυνείκονς βίαν quem non magis intellexisse mihi videntur critici Schuetzii conjecturam δύμα pro communi librorum scriptura ὄνομα certatim probantes. Schuetzius quidem ἔξυπτιάζειν δύμα interpretatus est oculos reflectere, resupino vultu spectare, sed vellem unum dumtaxat exemplum huius significationis verbi ἔξυπτιάζειν cum δύμα coniuncti attulisset. quamquam ne tum quidem haec reflexorum sive retortorum oculorum commemoratio hic apta aut omnino Amphiarae conveniens esset. sed quid facerem hoc versu, semper incertus haerebam quotienscumque in eum incidi: tantum difficultatis parabat scholion Med. ἀναπτύσσων, ἔτυμολογῶν quod quomodo ad scripturam ἔξυπτιάζων accommodarem, nullo modo expudare potui. tandem vicit haec ratio qua adducor ut scholion illud praelestum quum lemmate careat suspicer non ad hunc sed ad proximum versum pertinere et partem esse scholii ibi adscripti εἰς δύο διαιρῶν τὸ ὄνομα τοῦ Πολυνείκονς, τὸ πολὺ καὶ τὸ νεῖκος. omninoque in usurpandis scholii Medicei vel potius his laceris scholiorum fragmentis utcumque concinnatis hanc ipsam ob causam magna opus esse cautione existimo quod admodum pauca scholia lemmata praesixa habent. gravissimo igitur hoc impedimento (scholiastae Medicei auctoritatem dico) remoto iterum coepi cum in totum locum tum in participium ἔξυπτιάζων inquirere: cuius participii significationem mox intellexi non posse hoc loco aliam quam resupinandi i. e. iactandi esse. exemplo sit Luciani locus in cataplo c. 16 t. I, p. 639 allatus ab Hermanno qui tamen perperam ἔξυπτιάζων δύμα cum reliquis criticis scripserat: ὥστε ἵπτεράνθρωπός τις ἀνὴρ καὶ τρισ-

όλβιός μοι κατεφαίνετο καὶ μονονονχὴ καλλίων καὶ ἴψηλότερος δλῷ πήχει βασιλικῷ, ἐπαιρόμενος τῇ τύχῃ καὶ σεμνῷς προβαίνων καὶ ἔαντὸν ἐξυπειάζων καὶ τὸν ἐνευγχάνοντας ἐκπλήττων. ubi scholiasta ἐξυπειάζων· ἀτὶ τὸν τείνων τὸν τράχηλον καὶ τὸ στῆθος προβαλλόμενος ἄμα καὶ τὸν ἰδίον τὸν περισκοπόμενος, ὃ ἐστι γανγιῶν καὶ ὑπερηφάνως περιπατῶν. atqui non Amphiarau sese iactat sed Polynices. quamobrem pro ἐξυπειάζων reponendum videtur ἐξυπειάζοντι. quid autem iactare ille credendus est? profecto nomen suum. quapropter ὄνομα quantumvis ab omnibus criticis repudiatum servandum, reliqua sic emendanda arbitror: ἐξυπειάζοντι ὄνομα Πολυνείκους ἔχειν. pro ἔχειν possis etiam φέρειν, sed malim tamen ut magis poëticum κλίνειν. quod autem Polynices iactat, id ipsum ut infastum ei exprobrat Amphiarau proximo versu δυσεκτέλεστον τοῦνομ' ἐνδατούμενος. sic enim vestigia Hermanni qui δυσεκτέλεστον commendabat secutus scribendum esse puto pro librorum scriptura δίς τ' ἐν τελευτῇ quae magis grammaticum quam Aeschylum decet. vides bene nunc opponi inter se primum ὄνομα κλίνειν et δυσεκτέλεστον τοῦνομ' tum participia ἐξυπειάζοντι (iactans) et ἐνδατούμενος (exprobrans): qua oppositione etiam repetitae contiguis versibus voci ὄνομα iusta excusatio paratur. sed haec et probe scio et valde doleo multum sane differre ab eis quae disputavit vir clarissimus Ritschelius: qui quidem in librorum scriptura acquiescens δίς ἐνδατούμενος bifarium dispartiens interpretatus est in quo assentientem habuit Keckium. a quibus criticis etiam eo differo quod post v. 559 persuadere mihi non potui versum excidisse quem hunc in modum reconcinnavit Ritschelius: πολυστενάκτων νεικέων ἀρκηγέτην. infastum Polynicis nomen uno verbo (δυσεκτέλεστον) hic tangi a poëta quem ceteroquin valde delectari constat curiosa nominum interpretatione, sufficiebat ne quid taedii crearet ipsa nominis etymologia quae paulo post sequitur v. 639 ἐπωρύμη δὲ κάρτι, Πολυνείκει λέγω eo quidem nunlii sermone qui ad ipsum pertinet Polynicem. hoc si recte disputavi, nova indidem commendatio accedit etiam eis conjecturis quas supra proposui συλλήπτοσα et κλίνειν pro κάρτι et βίαν, quas voces item cautissime hic evitasse videtur Aeschylus ne iteratis paulo post eisdem vocibus v. 613 τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον et v. 622 Πολυνείκονς βίᾳ huius quidem gravissimae narrationis vim infringere. reliquum est ut dicatur de versu ultimo quae rectissime Keckius vitio laborare dixit propter abundantiam quae inest in vocibus διὰ στόμα verbo λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα. manifestum enim est scripsisse Aeschylum λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος δῖον στόμα. quae conjectura et locis similibus commendatur veluti frag. 184, 5 τὸ Φοίβον Θεῖον ἀψενδὲς στόμα Prom. v. 1036 στόμα τὸ Λῖον et confirmatur etiam eo quod subiectum quo caret enuntiatum praecedens denuo hic ante longam quae sequitur Amphiarai orationem inculcari par est. ratiō autem antithetica ut hoc quoque moneam nullibi manifestior quam in his versibus: nam praeter externā illam articulorum consensionem cui tamen cave putas nimium tribuendum esse, utrinque

habes orationem bipartitam utrumque fortissimorum epithetorum copiam. huic adde quod singulae quoque voces ἐκ παραλλήλον posita sunt. eiusmodi est quod ante indagavimus v. 554 μαστίχως et v. 589 μάστιγι, v. 557 συλλιπτορα et v. 583 ξυνεισθάς (quo nescio an spectet etiam v. 578 ξυναλλάσσοντος v. 586 ξύν v. 592 συμμιγεῖς et v. 595 ξυγκαθελκυσθήσεται) tum fortasse etiam v. 558 ἔξυπνιάζοντι (si quidem recte hunc locum a nobis emendatum interpretati sumus). et v. 593 θρασυστόμοισιν, v. 555 φόνον et v. 582 θάνατον.

V. 565 μητρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη; de hoc et de duobus qui sequuntur versibus suspicionem nuper movit Dindorfius philologi vol. XVI p. 217 nimirum ad panaceam suam interpolationem configiens. iure versum illum defenderat Ritschelius γονῆς δὲ πηγήν κτλ. proponens quod probavit Keckius. quamquam ipse Ritschelius retractato postea versu τροφῆς δὲ πηγήν κτλ. commendavit. sed neutrum quidem probable. de sceleris a Polynice contra patriam commissi expiatione (τίς κατασβέσει δίκη) loqui hic Amphiaraum aperium est: πηγήν autem vox quem fontem sive copiam significet ut ἀργύρου πηγή et κακῶν πηγή apud eundem Aeschylum, in μητρός scriptura latere suspicor notionem sceleris i. e. caedis vel sanguinis effusio nec sane difficultis optio. αἴματος enim quum non coeat in versum, pro μητρός illud amplectendum quod olim commendavi annal. philol. vol. LXXIX, p. 472 οὐχός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη; quod vertendum: quae poena caedis (mortis) fontem exsiccat? quibus significare vult Amphiaraus nulla poena elui posse sanguinem a Polynice profusum. sententiam vere Aeschyleam optime haec tuebuntur: v. 719 huius fabulae τίς ἀν καθαροὺς πόροι; τίς ἀν σφε λούσειν Choeph. v. 65 πόροι τε πάντες ἐκ μᾶς ὁδὸν προβαίνοντες τὸν χερομυσῆ φόνον καθαροῖς ζλονσαν ἀν μάταν v. 43 eiusdem fabulae τί γὰρ λόγον πεσόντος αἵματος πέδοι et v. 514 τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέεις ἀνθ' αἵματος ἐνός, μάτην δ μόχθος. Agam. v. 1427 αἷμα ἄνιπτον Eumen. v. 674 δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ et v. 744 ἐκπέφενγεν αἵματος δίκην. denique etiam loco antithetico comprobari conjecturam nostram facile infra apparebit.

V. 568 ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῷ χθόνα, | μάντις κεκενθώς πολεμίας ὑπὸ χθονός. in molestissima repetitione χθόνα — χθονός iure offendens Ritschelius concerat: τόνδε πιανῷ γύνην quod quidem placuit Keckio et Dindorfio. sed quid illud πιανῷ γύνην = pinguis faciem arvum omnino hic sibi vult? nonne Amphiarae vate indignum est? fac tamen illud exprimere voluisse Amphiaraum: cur addit μάντις κεκενθώς? num quia arvum non sit pinguis nisi vate sepulso? recte igitur Hermannus: πιανῷ non videtur de corpore putrefacto intelligendum esse sed significare superbam reddam' nec multum diserepat ab hac significatione Hesychii glossa πιῆναι ἀφελῆσαι, αἰσῆσαι. itaque scripserim. τήνδε πιανῷ πόλιν. unde etiam origo depravationis fit aperta: nimirum librarius quum πιανῷ πόλιν in archetypo invenisset et de vulgari

tantum verbi πιαίνειν significatione pinguefaciendi cogitaret, pro πόλιν ad qualemcumque sententiam efficiendam ex proximo versu ascivit χθόνα. eandem depravationem factam esse videmus eiusdem fabulae v. 990 ubi pro πόλεως librarius cod. Cantabr. I fortasse oculis aberrans item ex proximo versu χθονός intulit. quem errorem eo procliviorem fuisse patet quam vocem πόλις etiam latiore significatione de tota regione usurpari et Hesychii glossa πόλιν τὴν χώραν quae ad Stesichorum fr. 90 refertur et aliorum scriptorum usu constet. sic Aeschylus ipse ut unum tantum exemplum afferam Eumenid. v. 80 περιφέρντας πόλεις insulas dixit. nec difficile est quam temptavimus coniecturam iutari dicto antithetico: quam enim urbem superbam sese facturum esse gloriatur Amphiarus, ex ea illum deiectum iri cum irrisione respondet Eteocles v. 594 τὴν μακρὰν πόλιν μολεῖν, Λιὸς θέλοντος ἐνγκαθελκνσθήσεται. sic enim scribendum esse ibi non πάλιν postea demonstrabimus.

V. 571 τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὐκνηλον νέμων | πάγχαλκον ηὔδα. σῆμα δ' οὐκ ἐπὶ τῷ κύκλῳ. haec vulgata scriptura qualem exhibuit Hermannus non unam ab causam improbanda est: primum vix ferri potest εὐκνηλον et κύκλῳ repetitio tum omnino valde hic languet εὐκνηλον epitheton quum statim sequatur multo nervosius πάγχαλκον. accedit quod secunda demum manus cod. Med. in margine γρ εὐκνηλον νέμων adscripsit, contra prima manus εὐκηλον ἔχων habet: unde criticus nescio quis εὐκήλως ἔχων coniecit quod tantopere placuit Ritschelio. at vero longe aliter recuperandam esse manum poëtae clamat locus huic antitheticus v. 604 . . . χεῖρα δ' οὐ βραδύτεραι | παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἀρπάσαι δόρν. ex quo sequitur simile quid etiam de Amphiarao dictum fuisse, qui quia vates est, profecto non debet idcirco lentus aut ignavus esse, de quo recte nuntius v. 573 οὐ γάρ δοκεῖν ἀριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. quid multa? in εὐκνηλον delitescere puto vocem Aeschyleam εὐτίκων cuius quae sit significatio, non potest esse dubium v. 134 huius fabulae τόξον εὐτυχάζον et has Hesychii glossas reputanti: εὐτυχάζον εὐτυχον ἔχε. ἔτοιμον quae glossa ad eum ipsum quem modo attuli Aeschyli locum spectat. tum εὐτυχέσ-εὐεργέσ. εὐτοίητον. ὁρδίον. εὐτυχῶς· ὁρδίως καὶ τὰ ὅμοια. εὐτυχίσων· εὐτυχῆ ποιήσων. his addendum εὐτυχος adiectivum quo aliquotiens usus est etiam Aeschylus. scriptura autem εὐκηλον ἔχων interpretatio esse videtur vocis εὐτύκων. nam et εὐκηλον et ἔκηλον, pro quo facile quis εὐκολον ex Hesychii glossa εὐκολος εὐχερής huc asciscere possit, proprie quidem significare quiete, per otium, sed transire etiam in significationem nulla vi interpellante, continuo, bono animo multi Homeri Hesiodi Pindarique loci demonstrant. sed quid nunc siet scriptura νέμων? pro νέμων scriptum est in Mosc. I. νωμῶν, in Paris. K. νόμον alteri syllabae ω supra adscripto. in quibus discrepantiis nescio an pristini nitoris Aeschylei vestigium apparet: ἀσπίδ' εὐτύκων | νομὸν πάγχαλκον ηὔδα. νομὸν πάγχαλκον appositionis loco voce ἀσπίδα hic additur ad immensam magnitudinem clipei qui adeo totus ex aere est

significandam. habes imaginem audacissimam quidem sed quae non abhorreat a dictione Aeschylī qui alio loco clipeum etiam cum area comparaverit v. 470 eiusdem fabulae ἄλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω. verumtamen de translata huius vocis significatione ne quid ceterum parum mihi constat: nam praeter Homericum ἐπέων πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα Il. XX, 249 quod imitatus est Hesiodus op. 401, nihil sane compertum habeo. sed alteri quoque versui parva ni fallor labecula adhaesit: ambiguum enim certe est κύκλῳ quod quum ante de clipeo sermo fuerit, iure ambigas utrum circumcirca sonet an clipeum ipsum significet: quam ambiguitatem ab Aeschylo et quovis alio bono scriptore alienam removere facile possis vel tali conjectura σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν πέριξ. quam quidem conjecturam etiam Hesychii glossa πέριξ κύκλῳ commendat.

Petractato nuntii sermone accedamus nunc ad responsum Eteoclis, cuius et interpretationem et emendationem haud mediocreiter adiutum iri confido ratione antithetica quam intercedere inter utrumque sermonem multifariam iam experti sumus: sed pluribus etiam locis eam haec ipsa disputatio indagabit. sic statim ab initio responsi Eteocli praeter manifestam superlativorum σωφρονέστατον et δυσσεβεστάτοις responsionem etiam ominis commemoratio v. 578 (*ὅρνιθος*) quum de vase modo narraverit nuntius aptissima est. reliqua antithetica singillatim persequar.

V. 580 ἐν παντὶ πράγῃ δὲ ἔσθ' ὅμιλιας κακῆς | κάπιον οὐδέν, καρπὸς οὐ κομιστέος. | ἄτης ἀρονὰς θάνατον ἐκκαρπίζεται. ultimum versum pro interpolato habuerunt Porsonus Hermannus Dindorfius, nemo autem fastidiosius de eo iudicavit quam Ritschelius. versum ab omnibus damnatum defendere ausus est Keckius eum eius speciem commendans: καρπὸς οὐ κομιστέος | ἄτης ἀρονὰς θάνατος ἐκκαρπίζεται. sed haec aures offendunt propter molestissimam s litterae iterationem. praeterea dubitationem movet passiva verbī ἐκκαρπίζεσθαι significatio: quod verbum media tantum significatione usurpatur asserturque ab antiatticista in Bekkeri anecd. p. 104, 5 καρπίσασθαι ἀντὶ τοῦ καρπώσασθαι: quem si verum est illud tamquam ab Atticis non repudiatum commemorasse quae Hermanni opinio fuit, totum locum lenissima mutatione sic scripserim: καρπὸς οὐ κομιστέος | ἄτης ἀρονὰς θάνατος ἐκκαρπίζεται. ἐκκαρπίζεσθαι ἀρονὰς est fructum percipere ex agro vel ut paulo accuratius dicam exhaustire agrum fructibus percipiendis. hoc enim dicit Eteocles: μορτὲμ tamquam malum fructum quasi luxuriari in fatali ἀγρῷ imagine prorsus Aeschylea quam similis locus illustrat Pers. v. 823 ἵβεις γὰρ ἔξανθονδ' ἐκάρπωσε στάχυν ἄτης, ὅθεν πάγκλαντον ἔξαμψε θέρος. nunc vide modo quam accurate et concinne haec sententia sententiae antitheticae κηρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη etiam in singulis vocibus (ἄτης ἀρονὰς = κηρός πηγὴν, ἐκκαρπίζεται = κατασβέσει) respondeat. simul autem aliud dictum quod memoraverat nuntius v. 574 βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, | ἐξ η̄ς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα perstringere Eteoclem hac sententia vel verbum καρπούμενος indicio est.

V. 583 ἡ γὰρ ξυνεισθάς πλοῖον εὐστεβῆς ἀνήρ | ναύταισι θεόμοῖς καὶ πανονογίᾳ
 τινὶ | ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεόπτνστῷ γένει, | ἡ δέ τοι τοι. Ritschelius duplēm scilicet comparationem ἡ—ἡ respuens pro ἡ γάρ scripsit ἡ γάρ et quod maius est tres versus 585. 586. 587 in interpolationis suspicionem vocavit, sed detrimentum hoc quodammodo resarcire cupiens post v. 584 lacunam statuit quam sic explendam censuit: πανονογίᾳ τινὶ [προσσκυνοῦσι τὸν νοῦν ἐν φρενῶν δυσβουλίαις]: contra Ritschelium tres versus illos fortissime defendit Keckius de ἡ γὰρ assentiens nec minus de lacuna quam tamen hunc in modum explevit: πανονογίᾳ τινὶ [χεῖρας μανθεῖσ' ἐν θεῶν ἔδρυμασιν]. neuter igitur verum vidit: nam simplicem profecto patet comparationem esse non duplēm et ἡ—ἡ poni in hac comparatione pro ὕστερο—οὔτως. comparatur autem homo pius qui naufragio una cum sceleratissimis nauulis occidit, cum homine iusto qui in expugnanda urbe una cum impiis civibus perit. ille homo iustus (v. 586 δίκαιος ὁν) ipse est Amphiarus, cives vero inhospitales et deorum immemores (v. 587 ἐκθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσι) num possunt esse alii quam Argivi? horum tamen quaedam gravibus sane vitiis inquinata esse sagacissime perspexit Ritschelius veluti in priore parte comparationis nequaquam posse iungi καὶ particula concretum ναύταισι θεόμοῖς cum abstracto πανονογίᾳ τινὶ. ad tollendum vero vitium num omnino necessaria est lacuna qualem vel Ritschelius vel Keckius indagasse sibi visi sunt? nonne multo lenior medicina praesto est quam huic loco adhibuit Dindorfius ναύταισι θεόμοῖς καὶ πανονογίας πλέοντος? at vero ex πλέοντος per errorem factum esse τινὶ vix probabile videtur. deinde ne θεόμοῖς quidem a poëta scriptum arbitror. nautae enim servidi mirum quantum hic frigent, ubi fortissima potius epitheta requirit locus antitheticus (v. 553—557). itaque corrigo ναύταισι θούροις quod nescio an dictum sit ad similitudinem v. 42 ἀνδρες γὰρ ἐπτὰ θούριοι λοχαγέται, qua quidem similitudine optime quae hic instituitur cum nautis comparatio illustratur iam apte praeparata a nuntio voce ἀντηγέτας. ex prava autem librorum scriptura πανονογίᾳ τινὶ item nervosum quoddam nautarum epitheton erendum esse conicio fortasse tale: πανονογίας τύποις. omnis nequitiae quasi exemplaria dici hic nautarum θεόπτνστον γένος (v. 585) non est mirum. sed videant de hoc loco acutiores, interim pravae scripturæ τινὶ pro τύποις originem inde repeatam quod πανονογίᾳ τινὶ primū explicationis causa ad dictionem πανονογίας τύποις adscriptum post in textum ut sit irrepsit. quod si cui minus probabile videtur, nihil reliquum est nisi ut ultimas versus litteras postquam in archetypo evanuissent, suspicemur male a librariis suppletas esse. sed ne altera quidem comparationis pars prorsus expers vitii mansit recteque Ritschelius v. 588 et ἐρδίκως quod Hermannus deteriores aliquot libros seculus reposuit, alienum esse ab hoc loco contendit nec magis hoc quadrare Medicei scripturam ἐκδίκως quam Hermannus quoque reprobaverat non deorum iustitiam vituperare velle Eteoclem monens sed de tristi necessitate quae insontem addat scelestis conqueri. ἐκδίκως vero quod a Prienio

propositum tantopere collaudavit Ritschelius et cupide arripuerunt Keckius ac Dindorfius, quia multo fortiora epitheta ἔχθροςένοις et θεῶν ἀμυνόμοσιν paulo ante praecedunt, probari nullo pacto potest. quid plura? pro ἐκδίκως huc ascendum illud quod ex Hesychio supra attulimus εὐτυχώς ὁρδίως καὶ τὰ ὄμοια quae notio huic loco admodum accommodata est. hoc enim dicit Eteocles facile fieri posse ut in expugnanda urbe vir probus una cum improbis eisdem retibus capiatur. constructionem huius enuntiati sic recte explicavit Hermannus: ὃ ἔνν πολίταις ἀνδράσιν ἔχθροςένοις τε καὶ θεῶν ἀμυνόμοσιν, δίκαιος ὡν, ἑδάη θεοῦ μάστιγι πληγείς, ταῦτον αὐτοῖς κυρήσας ἀργείματος. quod moneo contra Keckium qui ξύν praepositionem cum participio ὡν coniungere maluit. εὐτυχώς autem quod conieci etiam a compositione antithetica commendationem habet: hac enim vocula acerbissime respondere Eteoclem ad superba nuntii verba ἀσπίδ' εὐτύχων νομὸν πάγχαλκον v. 571 quae item corrupta emendavimus apertum est. en habes comparationem vere Aeschyleam cuius singula membra dici vix potest quam accurate concinant: 1) εὐσεβῆς ἀνήρ = δίκαιος ὡν 2) νεύταισι θούροις καὶ παγονοργίας τύποις = πολίταις ἔχθροςένοις τε καὶ θεῶν ἀμυνόμοσιν 3) ξυνεισθάς πλοῖον = ταῦτον κυρήσας ἀργείματος 4) ὅλωιεν ἀνδρῶν σὺν θεοπιστῷ γένει = πληγείς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη. quae quāmquā etiam cum periodo antithetica et externa specie et argumento plane congruere supra vidimus, tamen nescio quid deesse videbatur Keckio lacunam cum Ritschelio statuenti post v. 584: quam quidem lacunam ut reiciamus cum multa alia quae iam commonstravimus suadent tum aquabilitas huius et quae proxime sequitur periodi quarum utraque denos versus completitur v. 580 — 590 = 590 — 600.

V. 590 οὗτος δ' ὁ μάντις, νιὸν Οἰκλέοντος λέγω, | σώφρων, δίκαιος, ἀγαθός, εὐσεβῆς ἀνήρ, | μέγας προφήτης κτλ. sequitur altera X versuum periodus in qua Ritschelius primum οὗτος δ' antiquam manum cod. Med. secutus in οὗτος mutavit idque probaverunt Keckius et Dindorfius. sed hac mutatione facile carere nunc possumus postquam ipsam comparationem eis qui praecedunt versibus absolutam esse ostendimus. rectissime igitur se habet οὗτος addita δ' particula qua post absolutam comparationem continuari responsum Eteoclis significatur. plus etiam vitii in proximo versu indagasse sibi visus est Ritschelius qui totum versum propter epitheta ista quibus cumulatur Amphiaraus pro assuto panno habuit. Keckius vero in solo ἀγαθός epitheto quod etiam Ritschelium potissimum torserat haesitans versum sic scripsit: σώφρων γέ μήν, δίκαιος, εὐσεβῆς ἀνήρ. ergo quod in hac brevi quidem sed accurata Amphiaraei descriptione gravissimum erat omisit et pro fortissimō duece qualem manifesto Amphiaraum descripsit poëta veluti v. 570 μαχώμεθ'. οὐχ ἀτιμον ἐλπίζω μόρον v. 573 οὐ γὰρ δοκεῖν ἀριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει et v. 597 οὐχ ὡς ἀθυμος, οὐδὲ ληματος κάκη finxit sapientem iustum et piū magno opinor ipsius Amphiaraei detimento. ceterum optime locum pridem

explicaverat Schuetzius cuius haec verba: ,admirabilis in his est verborum delectus. primum laudes Amphiarae cumulantur hisque singulis opponuntur sociorum eius vituperia. adiectivis δίκαιος et εὐσεβής respondet in oppositione ἀρεστοῖσι: ad ἀγαθός quod hoc loco forte designat refertur θρασυνούμοισι: denique vocabulo σώφρων opponitur φρενῶν βίᾳ^c sed φρενῶν βίᾳ quum invito animo significet, ad τείνοντι referri cum Ritschelio nullo modo potest. igitur aut ad συμμιγεῖς cum Hermanno referendum est aut quod malim pro φρενῶν βίᾳ scribendum φρενῶν δίκαια i. e. absque mente = temere. hoc demum convenit Argivis (τείνοντι πομπήν) quibus aptissime sapiens (σώφρων) Amphiaraus opponitur. qua autem in re illa mentis inopia Argivorum cernatur, ex eis quae sequuntur elucet. τείνοντι πομπήν est iter tendere, expeditionem vel pompam facere. sed quo consilio illam facere dicuntur Argivi? projecto ad expugnandas Thebas v. 594 τὴν μαχὰν πόλιν μολεῖν. μαχὰν πόλις idem est hoc loco quod ἄκρα πόλις quae significatio vocis satis usitata est. sic demum intellegitur quid sibi velit ἐνγκαθελκνσθήσεται verbum quo Eteocles significat una cum sceleratis sociis ex urbe deorsum deiectum iri Amphiaraum. atqui pro πόλιν codex Med. habet πάλιν. sed hoc etiamsi in centum optimis vetustissimisque membranis extaret, non probarem: non enim de reditu aut do fuga hic sermo est sed quod dixi de expugnandis Thebis. quam sententiam etiam Keckius assequi voluit parum probabili conjectura sua: τίνδ' ἄκραν παλαιμονεῖν. totum vero versum nimirum ut obscurum et ob id ipsum sibi molestum more suo expulit Dindorfius. superest ut dicatur de ratione horum versuum antithetica quae cum in numero versuum externaque compositione de qua supra diximus tum etiam in singularum vocum vel repetitione vel oppositione cernitur: eiusmodi est v. 590 μάντις et v. 550. 569 μάντιν, μάντις. verba autem νιὸν Οἰκλέους λέγω eo consilio addit Eteocles ut imminuat vim eorum quae nuntius dicit v. 550 μάντιν Αἰός et v. 560 δῖον στόμα si quidem recte manum nostram his locis adhibuiimus. eodem spectat v. 599 θεσφάτοισι Λοξίον et v. 595 Αἰός θέλοντος. antitheticis autem addenda haec v. 593 φρενῶν δίκαια (pro βίᾳ) et v. 574 διὰ φρενός, v. 594 πομπήν et v. 577 πέμπειν, v. 594 πόλιν et v. 563 πόλιν et v. 568 ubi eandem vocem ex conjectura reposuimus. sed de his et de antithetica ratione vocum ἀγαθός v. 591 συμμιγεῖς v. 592 θρασυνούμοισι v. 593 et καρπός v. 599 supra iam dictum est. quae omnia si quis curiosius quam fructuosius a nobis conquisita esse dicat, eum repulare velim hac demum accuratissima argumentorum singularumque dictionum utriusque sermonis responsione compositionem antitheticam omnino probabilem fieri, quae si ad solum numerum versum externamque sermonum formam spectaret, inutile et molestum Aeschyli inventum esset.

V. 600 φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγεντα καίρια. hoc versu transitum parari ad ea quae sequuntur et pro φιλεῖ scribendum esse φιλῶ supra demonstravimus. nunc addo

primam verbi φιλῶ personam etiam propter antithéticas formas πιαρῶ v. 568 et ἐλπίζω
 v. 570 commendabilem fieri eodemque pertinere etiam δοκῶ formam v. 596. ab
 orationis vero structura totoque habitu componi cum illo versu potest tamquam antithé-
 ticus v. 573 οὐ γέρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει quum uterque ad γνώμης
 similitudinem prope accedat. sed multo sane turpior naevus qui nescio quomodo
 omnium criticorum acumen effugit vicino versui 602 insedit: ἐχθρόξενον πνλωρὸν
 ἀντιτάξομεν. ergo idem quod paulo ante v. 587 summa indignatione ipsis Argivis oppro-
 brio verterat Eteocles ἐχθροξένους eos dicens, etiam ad Lasthenem Thebanorum ducem
 accommodasse illum censemus? nunquam sic mihi crede desipuit Aeschylus. de
 emendandi autem ratione parum liquet: dicam tamen quid mihi iterum iterumque
 cogitanti recogitantique in mentem venerit. vox πνλωρός sapere videtur εἰρωνείαν
 non alienam a regia dignitate Eteoclis qui superbientes duces quales describit nuntius
 aliquotiens ridet et rodit suos duces ab omni iactatione alienos opponens uti v. 391
 στυγοῦντ' ὑπέρφρονας λόγους v. 424 κνιανοντ' ἔπη v. 454 κόμπον ἐν χεροῦν ἐχων
 v. 532 ἀνοσίοις κομπάσμασιν et v. 535 ἀγήρ ἄκομπος. quo in genere quam ipse se-
 quatur rationem eo quem emendavimus v. 600 φιλῶ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια dilu-
 cide exposuit. verborum igitur pompam qua fere uti solet nuntius aspernans Eteocles haud
 raro ad εἰρωνείαν delabitur per quam nescio an etiam hoc de quo disputamus loco
 Lasthenem dicat Amphiaraō hosti fore ξένον πνλωρόν i. e. hospitem portas custodientem
 (non aperientem) respiciens quidem verba paulo ante dicta v. 596 δοκῶ μὲν οὐν σφε
 μηδὲ προσβαλεῖν πύλας. quocirca legendum arbitror: ἐχθρῷ ξένον πνλωρὸν
 ἀντιτάξομεν in quibus acumen Aeschyleūm facile agnoscas. iam sequitur paulo co-
 piosior narratio de animi corporisque dotibus Lasthenis v. 603 γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα
 δ' ἡβῶσαν φύει, ubi φύει ex scriptura φύσει quam praeter Mediceum etiam aliquot
 alii libri praebeant eruendum et pro vulgata scriptura φέρει reponendum esse recte
 coniecerat Hermannus. igitur postquam γέροντα τὸν νοῦν Lasthenem dixit Aeschylus,
 pergit immutata paululum orationis constructione σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει pro σάρκα δ'
 ἡβῶσαν φύοντα. sed haec summatim de corpore dicta accuratius proximis duobus
 versibus persequitur poëta ποδῶκες ὅμιμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται | παρ' ἀσπίδος
 γνυμωθὲν ὁρπάσαι δόρυ. ad verba ποδῶκες ὅμιμα si idem φύει suppleveris, legitimum
 habebis asyndeton quod in omni epexegesi locum habere constat. unde efficitur etiam
 χεῖρα ad φύει referendum scribendumque esse χεῖρα θ' ἢ οὐ βραδύνεται κτλ. quo
 enuntiato relativo item pro attributo varianda orationis causa posito simul maiore vi
 effertur manuum celeritas et dexteritas qua excellentem facit Lasthenem suum Eteocles.
 ut prorsus a vero aberrasse appareat Keckium qui hanc versuum illorum speciem pro-
 posuit: γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φθάσει | ποδῶκες ὅμιμα, χεῖρα δ' οὐ
 βραδύνεται κτλ. nec minus Dindorfium qui etiam hic violenter absciso v. 604 gra-

vissimum vulnus infligere bono Aeschylo ausus est. qui autem usus sit huius loci ad emendandum locum antitheticum (v. 571), supra iam tetigimus, ubi reiciendam esse diximus coniecturam εὐκήλως ἔχων quippe quae apertissime cum hoc loco qui est illi quasi antitheticus pugnet et ob id ipsum artem Aeschyleam plane evertat. denique nullibi manifestiora apparere compositionis antitheticae vestigia quam extremo utriusque sermonis versu item supra dictum est.

Accipe nunc textum utriusque sermonis secundum rationem antitheticam pro virili parte a nobis emendatum mementoque asteriscum eis locis appictum esse quos ipsi coniectura temptare ausi sumus:

ΑΓΓΕΛΟΣ.

έκτον λέγοιμ' ἄν ἀνδρα σωφρονέσσατον
 550 ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν Ἀμφιάρεων Αἰός*
 Όμολοτίν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
 κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν,
 τὸν ἀνδροψόντην, τὸν πόλεως ταράκιονα,
 μαστίκτοο* ἄρεως* κακοῦ* διδάσκαλον,
 555 Ερινύος λῃτῆρα, πρόσπολον Φόνου,
 κακῶν τ' ἀδράστιῳ τῶνδε βουλευτήριον·
 καὶ τὸν σὸν αὐθίς πρόσμορον* συλλήπτορα*
 ἐξυπιάζοντι* ὄντομα Πολυνείκους κλέψιν,*
 δυσεκτέλεστον* τοῦνομ' ἐνδατούμενος,
 560 καλεῖ. λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος δῖον* στόμα·
 ἢ τοτὸν ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλές,
 καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις,
 πόλιν πατρῷαν καὶ θεοὺς τοὺς ἔγγενες
 πορθεῖν, στρατεύμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα.
 565 κηρός* τε πηγὴν τὶς κατασβέσει δίκη;
 πατρὶς τε γαῖα, σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ¹
 ἀλοῦσα, πῶς σοι εὑμμαχος γενήσεται;
 ἔγωγε μὲν δὴ τῆνδε πιανῶ πόλιν,*
 μάντις κεκενθῶς πολεμίας ὑπὸ χθονός.
 570 μαχώμεθ*. οὐκ ἀτίμον ἐλπίζω μόρον.
 τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπιδ' εὐτύκων* νομίδων*
 πάγκαλλον ηὔδα· σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν πέριξ.*
 οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

φεῦ τοῦ ἔνταλλάσσοντος δρυνθος βροτοῖς
 δίκαιοιν ἄνδρα τοῖσι φυσσεβεστάτοις.
 ἐν παντὶ πράγῃ δ' ἔσθ' ὄμιλας κακῆς
 κάκιον οὐδέν, καρπὸς οὐ κομιστέος
 ἀτης ἄρονραν* Θάνατος* ἐκκαρπίζεται·
 ἢ γὰρ ξυνεισθάς πλοτον εὐσεβῆς ἀνὴρ
 ναύταις θούροις* καὶ πανουργίας* τύποις*
 διλαλεῖν ἀνδρῶν σὺν θεοπιτώ τρένει,
 580 ἢ ξὺν πολλαῖς ἀνδράσιν, δίκαιος ὡν,
 ἐκθροζένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσιν,
 ταντοῦ κυρήσσεις εὐτυκῶς* ἀγρεύματος,
 πληγεῖς θεοῦ μάστιγι παγκονιῷ δάμη.
 οὗτος δ' ὁ μάντις, νίδον Οἰκλέους λέγω,
 585 σωφρων, δίκαιος, ἀγαθός, εὐσεβῆς ἀνὴρ,
 μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεῖς
 θραυστόμοισιν ἀνδράσιν φρενῶν δίκαια·
 τείνοντι πομπῇν τὴν μακρὰν πόλιν* μολεῖν,
 Αἰός θέλοντος ξυγκαθελκνοθήσεται.
 590 δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις,
 οὐκ ὡς ἄθυμος, οὐδὲ λήματος κάκη,
